

250. quos posuit $37\frac{1}{2}$ igitur 1. habebit 5.
 2. 18. tertius $37\frac{1}{2}$ totius summæ iunge fiunt
 60. $\frac{1}{2}$ die igitur si 60. $\frac{1}{2}$ dat 1600. quid da-
 bit 5. & multiplica 5. in 1600. fit 8000. di-
 uide per 60. $\frac{1}{2}$ exit 132. $\frac{28}{127}$ & tantum ha-
 bebit primus & secundus habebit 476. $\frac{4}{127}$
 & tertius 991. $\frac{52}{127}$

100 Quidam famulus aptauit se cum Domino
 pro duobus annis in primo anno dabat ei li-
 bras 20. & in secundo 30. stetit autem per
 tempus duorum annorum, deinde iterum
 stetit per alios duos annos ad ratam primo-
 rum quæritur quantum debet habere. Nota
 quod in hoc errat, & in similibus grauer
 Frater Lucas vt patet in capitulo decimi trac.
 disp. nonæ de salariis famulorum volens pro-
 cedere propter proportionem dicendo si se-
 cundo anno dedit dimidium plusquam in pri-
 mo igitur in tertio dabit dimidiū plus quam
 in secundo & ita daret 45. & ita in quarto
 dimidium plus & ita daret 67. $\frac{1}{2}$ & hoc mo-
 do solueret Frater Lucas & quod hoc non fit
 verū intellige ex suo exem-
 plomet nam dicit quod si 20 Primus
 pactus fuerit dare 10. in 1. 30 Secundus
 anno & 60. in quarto anno 45 Tertius
 quod in secundo dabit R. 67 $\frac{1}{2}$ Quartus
 cu. 6000. & in tertio R. cu.

36000. videlicet proportionaliter hoc au-
 tem est falsum quis enim sane mentis credat
 Dominos pacisci cum famulis in R. cu. aut res
 tam planas ad tam occultos sensus trahi,
 deinde sequeretur quod frequenter in vsu
 euenit quod si quis pacisceretur cum
 famulo dare primo anno libras 4. se- 4
 cundo anno libras 12. deinde ad ratā 12
 famulus permaneret 7. annis quod 36
 oporteret dare ei 4372. libras salarij 108
 plus forte quam haberet Dñs in bo- 324
 nis, & ideo oportet vltra scientiā ha- 972
 bere iudicium in talibus igitur vbi 2916
 augmentum hominis aut indultriæ 4372
 non fit proportionaliter, sed pro-
 gressiue etiam oportet talia intelligere pro-
 gressiue quando igitur Dominus dedit 10. in
 in primo anno & 60. in quarto anno detrac.
 10. ex 60. remanet 50. diuide per annos au-
 gmentique sunt tres exeunt 16. $\frac{2}{3}$ dabit igitur
 primo anno 10. secundo 26. $\frac{2}{3}$ tertio
 43 $\frac{1}{3}$ quarto 60. & ita intelliguntur æqualia
 augmenta & non proportionalia & ideo in
 quæst. principali dico quod primo anno ha-
 bebit 20. secundo anno 30. tertio anno 40.
 quarto anno 50. & hoc nota quantum acci-
 dit frequenter & solutio Fratris Lucae est ri-
 dicula etiam neotericis.

101 Quidam emit oua 12. tot solidis minus de
 10. quot eodem pretio emit oua 5. solidis
 minus de 11. hoc est si prius emit 12. oua
 7. solidis qui sunt 3. minus quam 10. eodem
 pretio emit oua 5. solidis 8. qui etiam sunt
 3. minus de 11. pro solutione igitur fac per
 quadragesimum octauum capitulum pone
 quod ouum valeat 1. co. solidorum igitur
 12. oua valent 12. co. solidorum detrahe ex
 10. solidis remanent solidi 10. m. 12. co. &
 hæc est diff. pretij 12. ouorum à 10. solidis
 deinde die 5. oua valent 5. co. solidorum igitur
 cum hoc sit tanto minus de 11. solidis
 quantum est illa differentia igitur detrahen-

do 5. co. ex 11. solidis erit hæc differentia
 æqualis superiori quæ est 10. solidi m. 12.
 co. habes igitur 11. solidos m. 5. co. æqua-
 les 10. solidis m. 12. co. adde viceversa
 m. ad aliam partem fient 11. sol. p. 12. co.
 æquales 10. f. p. 5. co. detrahe vnum ex
 alio & fiet 1. f. p. 7. co. & hoc debet esse
 nihil igitur 1. f. in p. debet æquialere 7. co.
 in m. ita quod ipsa res valet $\frac{1}{7}$ f. per capi-
 tulum, sed hoc est m. id est quod qui dat
 oua cogitur pro singulo ouo dare $\frac{1}{7}$ vnus
 solidi qui igitur emit oua 12. habuit cum
 12. ouis $\frac{12}{7}$ solidi & ita habuit cum solidis
 10. quos habebat solidos

11. $\frac{5}{7}$ & qui emit oua 5. ha- 11. f. m. 5. co.
 buit vltra oua $\frac{5}{7}$ solidi & 10. f. m. 5. co.
 quia habebat 11. solidos igitur 11. f. p. 12. co.
 habuit solidos 11. $\frac{5}{7}$ vt 10. f. p. 5. co.
 alter & hæc quæstio melius
 ponitur in sabulo & lapidi- 1 f. 7. co.
 bus quam in ouis & conuenientius.

Aliter autem explicatur hæc quæstio & fa-
 cilis dicendo hoc modo & est idem quidam
 dedit 12. oua cum pretio tali qui iunctus 10.
 solidis tantum fecit quantum si dedisset oua
 5. eodem pretio & iunxisset pretium 11. so-
 lidis, & in his desideratur ingenium Arith-
 metici potius quàm ars & perfecta verbo-
 rum explicatio interrogantis.

102 Quidam emit 10. oua m. solidis 2. pro so-
 lidis 3. m. 12. ouis quæritur valor ouorum
 in similibus adiunge m. ad reliquam partem
 & fient 22. oua valentia solidos 5. & ita
 ouum valet $\frac{5}{22}$ solidi & 10. oua valent soli-
 dos 2. $\frac{5}{11}$ detrahe solidos 2. remanent 3. so-
 lidi vero 3. m. 12. ouis sunt $\frac{3}{11}$ solidi.

Quod si dicat 10. oua m. solidis 3. æqui-
 ualent 12. ouis minus solidis 4. in hoc casu
 detrahe vnum ex alio & erunt 2. oua æqui-
 ualentia solido 1. igitur
 ouum valet $\frac{1}{2}$ solidum Oua 10. m. solidis 3.
 & 10. oua minus 3. so- Oua 12. m. solidis 4.
 lidis valent 2. solidos Oua 2. m. solido 1.
 & tantumdem valent
 12. oua minus 4. solidis.

103 Quidam emit velutum aureo 1. & aurum
 contextum aureis 5. & in totum emit pro au-
 reis 100. deinde vendidit velutum aureis 2.
 aurum contextum aureis 3. & lucratus est 2.
 pro 100. quæritur quantum emit ex vtroque
 pone quod emerit 1. co. veluti & quia emit
 aureo 1. igitur emit velutum 1. co. aureo-
 rum detrahe ex 100. remanent aurei 100.
 m. 1. co. aureorum & hoc est presentium
 auri contexti, & quia aurum contextum va-
 luit 5. aureos igitur brachia auri contexti
 fuerunt $\frac{1}{5}$ pretij sui & pretium fait aurei
 100. m. 1. co. igitur brachia auri contexti
 sunt 20. m. $\frac{1}{3}$ co. habes igitur auri contexti
 brach. 20. m. $\frac{1}{3}$ co. & veluti brach. 1. co.
 vende velutum pro aureis 2. pro brachio fit
 2. co. aureorum vende aurum contextum
 pro 3. aureis fit 60. aurei m. $\frac{3}{4}$ co. iunge
 pretia veluti & auri contexti fient aurei 60.
 plus 1. $\frac{3}{4}$ co. & hoc æquatur 102. nam ille
 eo quod lucratur 2. pro 100. facit ex 100.
 aureis 102. aureos igitur detrahe 60. ex
 102. remanent 42. diuide per 1 $\frac{3}{4}$ exit 30.
 & hic est valor rei emit igitur veluti br. 30.
 & auri contexti br. 14.

Quidam